Nr. 205]

Clariss. Doctori Sebastiano Obsthemio Wittebergæ Pax Christi.

Duo isthinc Bremam venientes tabellarij, vir doctissime, tuas mihi pergratas litteras attulerunt, quæ præter jucundam amoris tui significationem annexas habebant Doctorum vestrorum disputationes, quarum communicatio est vehiculum ad acuendum studium benefaciendi. de litteris igitur te amo. de libellis gratias ago. Intelligo ex his strenua vobis opus esse constantia. Cum diuris enim res est, et non indocti, qui linguas et calamos ut sicas exacuere ad confodiendam istius Academiæ celebritatem.

[= Mscr. a. 12: N. 172]

Ego in Theologis meum nomen non profiteor contentus vulgaribus exercitijs germanæ pietatis: neq; pronunciare de tantis rebus temere debeo, sed tamen mihi videtur morbus ille ab Ecclesiæ vera sententia discedere. Cum sentit in actu iustificationis (et ego quidem intelligo) Quando in conversione CHRISTVS apprehenditur qui est iustitia nostra, fidem cum soli Dei iustitia ἀποδιδοῦσαν rationem subiecti attribuitur omnis boni operis expertem esse. Semper Ecclesia hoc discrimine veram fidem a falsa distinxit. Quod hæc infrugifera sit quasiq; mortua: illam multi vini mobus cordis tanquam principem Heroinam et comitari et e vestigio sequi sentiantur. Si quis ergo me roget quo iure nos damnati et peccatis obruti Iustitiam et vitam adipiscamur. Confitetur (ut par est) omnia in solidum tribuenda esse vni gratiæ Dei per vnam CHRISTI IESV oblationem, fide a nobis apprehensam. nec vllam hic haberi vllius boni operis nostri rationem. imo ζημίας καὶ σκύβαλα esse omnia si veniant in rationem Iustificationis: sed tamen idem sic statuo. Fidem qua sola gloriamur, nihil præter meditatis nostræ confessionem ad Deum afferentes, nisi ea sit viua quædam et efficax flamma, inter alios pietatis ardores Diuinitus accensa et bonorum operum fœcunda: Non esse illam veram fidem qua Iustificamur; sed quoddam εἴναιδωλον fidei simulacrum, οὐ πιστεύοντες ὄυν ἐκ τοῦ κολούοντος ἡμᾶς. quæ ne apprehendere quidem CHRISTVM potest, nedum reos iustificare. Quamobrem vt iampridem omnium bonorum primedis confixus iure est error Scholasticorum, qui totam iustitiæ laudem soli fidei, hoc est soli merito CHRISTI cedere noluerunt: ita isti Antigonistæ (si modo eorum mentem recte assequor) in contrarium errorem præcipites abeunt, qui sese ita fide iustificatos æstimant, vt multum fidei effectum neq; sentiant ipsi neq; alijs ostendant. Impingunt ni fallor in Lutheri piæ memoriæ hyperbolas qui solet vehementior esse in vtraq; parte. idq; eis accidit iusto Dei iudicio a quo minus pendent: quam ab illo, cuius doctrinam non tam ex vero probant: quam propter personam. Sed ne sutor (vt aiunt) vltra crepidam. Ego hic emismodi hominum morbus quotidie sentio, sunt et dominantur in omnibus templis qui vero e suggestu descendunt nisi prius aliqua macula aspersérint tum Scholam tum Rectorem. Magnum Dei domum idoneus Minister. de qua re credo Dn. Cons. aliquid scripturum Doctori Pencero quem ita simules velim ne extrudat nisi eos qui sint et Doctrinæ sanæ et vitæ inculpatæ. ne fiant nobis posteriora deteriora. Si quid in re tam grauí tua fide et diligentia nos iuueris experieris nos memores et gratos. Vale Quinto Calendas Aprilis 1570. Bremæ. Amicus et frater in Domino

Salutis sit et diu viuat venerandus vir M. Caspar Cruciger. Saluta et tuam Coniugem.

Joh. Molanus.

Perf. Sebastiano Obsthemio Wittebergæ. Pax Christi.

Nr. 206]

[= Mscr. a. 12: N. 180]

Joachimus Scharar civis in primis honestus, adde etiam locuples et liberalis, filium suum Arnoldum olim mea institutione nonnihil adiutum clarissimo Doctori Sebastiano Theodorico Wittebergensi familiariter voluit commendari. Pederam nuper litteras, Deram multis rebus distractus, vt nobis in schola vitam agentibus alia ex alijs negotia oriuntur: Tamen et patris ipsius ea est probitas, et Arnoldi adolescentis ea modestia, vt id officij quod suo quodam iure vterque requirebat, diffugere nō possim. Quid quod, si quod omnino vacui temporis habeo, ad scribendum tam fido amico, cuius mihi recordatio perdulcis est, mea sponte ipse sponte impellor? Nec vero multis opus est verbis in eius commendatione, quem audio iam in contubernium vestrum vltro receptum esse: Quod ego factum vt discipulo meo gratulor, C magni enim refert quem virum sibi juuenes in Academijs deligant, cuius consilio, et auctori, fate mitantur, ita lubens recipio. tam sincerum esse hunc patrem, tamq; fide bona, vt te huius facti pœnitere non possit. Tum autem adolescens ipse, tam quieti ingenij est, tamq; tractabilis, vt cum intellexissem cum Henrico nostro Mouckio adiunctum esse, valde exhilaratus, exclamauerim:

ὦ ἀνὴρ τοῦ ἀνδρὸς ὦ λῷον ἀνδρὸς.

Age